

cum nihil altum, nihil magnificentum ac divinum suscipere possint, qui suas omnes cogitationes adjecerunt in rem tam humilem tamque contemptam. Illud tamen mirandum subest, quod novi isti prædicatores populis persuadere pro virili parte sua conentur, se nostrum sæculum scurrili et falsa sua doctrina celeberrimum effecisse, eorumque vigiliis illuminatum juste meritoque appellari debere.

*Núm. 27. Précis historique de la revolution Française, tom. 2, pag. 153. Hominem magna in cæde se versantem odium humanitatis atque invidiam cunctorum suscipientem auctate. "Il vient a la barre de la Convention imposer silence à la voix du genre humain, à celle de tous les sages mortels, s'ecrie Chaumette, cessez de trembler devant les foudres impuissans d'un Dieu crée par vos terreurs. Ne reconnaissez plus d'autre divinité que la raison; ne sacrifiez plus qu'a celle-ci (Maillard nommé)."*

*Núm. 28. Homines ad suam cupiditatem omnia referentes non Parisiis tantum sed per totam Galliam hac amentia præcipites feruntur (pag. 148 ejusd. hist.) "Pendant plusieurs mois, et même après la chute de Chaumette et d'Herbert, la raison reçut de pareils hommages dans toutes les villes de France."*

*Núm. 29. Ut totum hujus criminis pondus erumpat notumque omnibus evadat, oculis et animo percurrere juvat (10 volum. testim. delle chiese di Francia sopra la cosa detta costituzione civile del Clero decretata dalla assemblea nazionale.*

Ad causam tamen pertinere arbitror quod callidissima Pseudophilosophia ad tantum tamque sacrilegum facinus pervenire posse haud putavit, quin cum Jansenistis arctissimum fœdus iniret; homines, inquam, qui sub specie Catholicæ Religionis propugnandæ, pestem atque ultimam

perniciem eidem Religioni nefarie moliuntur. *Correspondance et lettres de Mirabeau Camus de Treillard de Martineau adressées à Monseigneur Scipion de Riccis.*

Núm. 30. *Precis historique de la Revolution française Convention nationale par Lacretelle, tom. 1, p. 168.*

«Lorsque Louis  
eut cessé de vivre, la douleur publique, quoiqu'elle n'osa  
éclater, se fit sentir profondément: Paris fut silencieux,  
presque desert: on s'enfermait dans sa famille pour pleurer,  
les rues n'étaient traversées de moment en moment que  
par des bandes de brigands, dont les chants et les danses  
barbares exprimaient la fureur, et voulaient imiter la joie.»

Hoc in Regem infando et exitioso facinore parto, in quantis aliis hoc comitantibus flagitiis involvitur! Brevine comprehendere ac recensere oratio nostra potuit desperatorum hominum greges, ignominia atque turpitudine vitiorum multorum inustos, quoquoversus intestinam reipublicæ perniciem simulato libertatis nomine molientes? Paucisne adstringere argumentis valuit oratio, istorum improborum animum in patrandis flagitiis semper defixum, scelere novo base alligantem, et civitates La Vendee, Marseille, Leon, Tulon ad internectionem et vastitatem haud longo temporis intervallo redigentem? Quo tandem istud modo? Quasi præteriens universis satisfeci. Quasi præteriens de multis animadverti, quod de uno tantum, Tullius rempublicam in periculum adducente disserere conatus est. «Nullum facinus extitit, de Catilina ajebat Cicero, nisi per te; nullum flagitium sine te; tibi uni multorum civium neces, tibi vexatio direptioque sociorum impunita fuit ac libera; tu non solum ad negligendas leges ac quæstiones, verum etiam ad evitandas, perfrigendasque valuisti. *Cicer. in Catil.*»

Núm. 31. *Vide pag. 236, tomo 2, du Convention nationale, edit.*

à Paris 1821. In maximis ergo versatur erroribus opusculum Gallice inscriptum: *Considerations sur les principaux événemens de la revolution française* (edit. Par. 1819) ideo magis juventuti exitiosum, quod amœno facetoque stylo conditum, et à femina non obscuris orta parentibus elaboratum. In hoc autem opusculum, quod sane, ut acerrimam pugnandi contra Religionem alacritatem juventuti injiceret, turbulentissimam hanc Galliarum dissensionem maximo emolumento societati futuram probare contenderat, jure meritoque insurrexit eruditissimus Bonald ingenii acumine florens. (*Observations relatives au dernier ouvrage de Madame de Staël.*) “Habitée Madame de Staël à faire des romans, elle a imaginée une société pour justifier une révolution; mais la politique n’est pas abandonnée à l’invention des hommes, et encore moins à celle des femmes.”

Núm. 32. Pág. 231, 260, tomo 2, de la convention nationale. (ejusd. edit.) Quos inter recensere optimum duco clarissimum virum Malesherbes, in testamento Ludovici XVI justa laude memoratum, cui etiam eruditissimus Chateaubriand immortalē nominis gloriam comparavit. (*Discours sur la vie, les écrits et opinions de M. de Malesherbes.*) “Deux mots échappés à M. de Malesherbes peignent admirablement sa magnanimité. Lorsque le Roi fut conduit à la Convention, M. de Malesherbes ne lui parloit qu’en l’appelant Sire et Votre Majesté. Treilhard l’entendit, et s’écria furieux: Qui vous rend si hardi de prononcer ici des mots que la Convention a proscrits? Mon mépris pour vous, et pour la vie, répondit M. de Malesherbes.”

Núm. 33. Consulto intestinæ dissensionis Galliarum exemplum præ aliis adhibuimus, quia tam tetram, tam horribilem

infestæ civilis pestis memoriam pro disciplina et præceptis incautæ juventutis semper habendam duximus. Hanc infandam historiam longiore sermone usque ad extremum prosequentes, juventuti proclivius ad errorem labenti, justum timorem incutere animo proposuimus.

Núm. 34. Quo latius Francisci Voltairii in veri honestique notionem ableganda manavit procacitas, et desudavit industria, eo acrius ipsum à disciplina morum aberrantem vis et pondus veritatis persequitur atque insectatur. « Je ne » sai s'il y a aucune preuve metaphisique plus frappante et » qui parle plus fortement à l'homme que cet ordre admirable qui regne dans le monde; et si jamais il y a un » plus bel argument que ce verset: Cœli enarrant gloriam Dei. (*Volt. Element de Newt p. 10.*) Adhuc presigius et clarius in Religionis naturalis poemate:

» Aurons nous l'audace dans nos foibles cervelles.  
» D'ajouter nos decrets à ses Loix immortelles." (Numinis videlicet.)

Iterum hominem sibi ipsi adversum suis commodis, suisque cupiditatibus inservientem, sententiæ tamen nostræ adhærentem animo reputemus. « J'ai toujours, ait Voltairius » été etonné que le sage Loche dans le comencement de » son traité del entendement humain ait pretendu qu'il » n'y a aucune notion du bien, et du mal qui soit commune à tous les hommes. Je crois qu'il est tombé là » dans une erreur."

Argumentatio etiam magnopere corroboratur nostra testimonio hominis nutui increduli sæculi obsecundantis, et ad veri sententiam se devolvere vel invitum conantis. Rousseavus in litt. 14. februar. 1769. ad Mr. Moulton alloquitur (*Rous. correspond. tom. 3, parag. 253.*) « Vous

«êtes trop raisonneur pour ne pas voir qu'en rejetant la  
 cause première et le mouvement, on ôte toute mora-  
 lité de la vie humaine. La nature entière m'en est garan-  
 te. Elle n'est pas contradictoire avec elle même: J'y vois  
 regner un ordre phisque admirable et qui ne se dement  
 jamais. L'ordre moral y doit correspondre.»

*Núm.* 35. Totum hoc argumentum præter eruditissimum Cevallos (tom. 5. *Falsa Filosofía*, disert. 6, art. 1. *Los filósofos impíos niegan á los legisladores y leyes la fuerza de obligar á los hombres*) et Vincentium Valcarce (*Disert.* 8, cap. 1 y 2 *de la reforma que los nuevos filósofos pretenden hacer en el moral y en el derecho natural*, tom. 3.) aliosque Hispanos, gravi atque vehementi oratione percurrit La Mennais (tom. 1. *indiff.* et tom. 2 *Conservateur* núm. 8, pág. 495) ubi hæc Ciceronis verba expenduntur. "Hanc igitur video sapientissimorum fuisse sententiam, legem neque hominum ingenio excogitatam, neque scitum aliquod esse populorum, sed æternum quiddam, quod universum mundum regeret imperandi prohibendique sapientia. Ita principium legem illam et ultimam mentem esse dicebant omnia ratione aut cogentis aut vetantis Dei." Quibus hæc vehementer subjungit La Mennais. "¿Que dirait de nous l'orateur Romain, lui qui ne pouvoit pas même concevoir la loi de qu'on la regardoit comme une pensée de l'homme, et aux yeux de qui toutes les lois dérhoient d'une loi éternelle ou de la raison de Dieu même, dont les volontés sont l'ordre?"

Nec primas homini Gallo, cæteroque eruditissimo, et cujus lucubrationes eloquentiæ leporibus sunt aspersæ, semper nobis est tribuendum. Sententiam nostri Cevallos (*loco nuper citato*) amæno, jucundo, eloquentique stylo con-

ditam auscultare juvat: “ ¡Oh eterna justicia, hermosura  
 » que no se marchita, vírgen que nadie corrompe, impe-  
 » rio que ninguno vence, virtud que nadie resiste, prin-  
 » cipio del órden, de la armonía, amenidad y decoro que  
 » hay en el universo, y aun en el mismo Dios, que se ele-  
 » va sobre los cielos! Los que niegan este origen divino ¿de  
 » dónde tomarán la corrida de su legislacion? ¿Del amor  
 » propio con que cada uno se ama perdidamente á sí mis-  
 » mo? ¿Qué leyes nacerian de esta fuente de parcialidades?  
 » ¿qué Magistrado ó Legislador podrá combinar los intere-  
 » ses de las personas? Siendo la suma ley de cada uno su  
 » placer é interes personal, ¿qué teatro de atropellamien-  
 » tos, atrocidades y ultrages no se veria hecha en un ins-  
 » tante la ciudad, si esta bárbara política se entablára? ¿qué  
 » padre estaria seguro del hijo, qué marido de su esposa,  
 » qué señor se fiaria de sus domésticos? ¿qué honestidad  
 » sería respetada? Ningun incendio, ninguna peste, nin-  
 » gun enemigo, por feroz y bárbaro que fuese, asolaria  
 » mas presto un pais. ¡Qué desórden! Batirse los unos con-  
 » tra otros, y huir cada uno de todos. Esta imágen de la  
 » república no hace temblar á los espíritus fuertes.”

*Núm. 36.* Sed hæc videri possunt obscuriora cum lentius dis-  
 putantur. Ne vero languor in his exarandis notis perpetuus  
 sit, mecum in arenam descendant, qui de juris naturalis  
 instauratione gloriantes, veræ Ethicæ et religioni acerrim-  
 um bellum indixerunt: ascendant igitur, et jam vel ipsi  
 judicent, an homines, qui ipsum ordinem, quem Deus per  
 præconem rationis clamantem tanquam per legem obser-  
 vandum cordi ipsorum insculpsit, proterunt ac violant, vel  
 præmiis sint prosequendi, vel digno supplicio constringendi.  
 ¡O rem tamen miseram et hominis præstantiæ infensam! O

cogitationem inanem et incautæ juventuti magnopere noxiam!  
 Fuerunt Galli et Hispani numero plurimi enixe laborantes,  
 ut efficiant leges, tantum esse, ut ajunt, metaphoricæ  
 veræ sanctionis expertes, eas, nimirum quas ab hominibus  
 non accepimus, nec didicimus, verum ex natura ab ipso  
 Numine sapientissimo ordinata arripuimus, hausimus, ex-  
 pressimus.

*Núm. 37.* Nemo mihi succenseat, quod Tullii testimonia præ  
 aliis etiam præstantibus Philosophis habere duxerim: eo  
 enim consilio feci, quia nostra juvenus ciceroniana lectio-  
 ne jucundissime et utiliter pascitur. Respondeant ergo op-  
 timi adolescentes linguæ Latinæ tanta venustate, tantaque  
 elegantia et lepore affluentiori prorsus dediti, alii Hispanæ ju-  
 ventuti, quæ vitiorum et errorum colluvie jam inquinata,  
 cæteros bene moratos in libidinem et cupiditatem trahe-  
 re conatur. "Te miseræ, te ærumnæ premunt, qui te  
 beatum, qui te florentem putas: tuæ libidines te torquent:  
 tu dies noctesque cruciaris; cui nec sat est, quod est, et id  
 ipsum, ne non sit diuturnum times: te conscientiæ sti-  
 mulant maleficiorum tuorum: te metus exanimant judi-  
 ciorum atque legum: quocumque adspexisti, ut furia, sic  
 tuæ tibi occurrunt injuriæ, quæ te respirare non sinunt."

*Paradox. 2. cap. 1.*

*Núm. 38.* Naturæ, inquam, hominis mirifice congruit ipsum  
 in communionem aliorum venire. De religione vero quid  
 dicam, homines etiam ad societatem vitæ convocante, cum  
 omnibus compertum sit quam gravis in ea fuerit ignoratio  
 rerum, quæ sunt ad præstantiam, beatitatemque hominis  
 necessaria, nisi communionem sacrorum conjunctus ab aliis  
 disceret, quo externo cultu Deum prosequi oporteat, quæ  
 ab eo conditæ sint leges, quibus demum erga illum et se-

metipsum, et cæteros homines officiis obstringatur. Voltairium sententiæ Newtonis adhærentem pro coronide istius argumenti auscultari præstat.

“ Cette disposition que nous avons tous à vivre en société est le fondement de la loi naturelle que le christianisme perfectionne.” *Volt. element. de Newt p. 37.*

*Núm. 39.* Cur tempore otioque intemperanter abuti voluerunt Philosophi, qui in investiganda societatis civilis et ejus potestatis origine statum hominis utcumque in mundum projecti, sibi que soli plane relictis commentantur? Cur ad originarium et primitivum, ut vocant, hominis statum rimandum ipsum in agrestem ferinamque vivendi rationem detrudendum putarunt? In hæc gravia absurda et Puffendorfius et Rouseavus incidere maluerunt, quam duci à fulgore revelationis, Moysen nimirum sequi nolentes, cujus etsi non sciremus certam esse fidem, quia omnia scripsit Divino spiritu instinctus, tamen ejus auctoritatem cæteris historiarum scriptoribus potiore habere oporteret, quoniam eum omnium antiquissimum esse constat.

Pristinus ergo status hominum, et familiarum adeo ex monumentis Sacrarum litterarum facile et certe eruitur, ut plane desipiant, qui alium rerum ordinem, aliam hominum conditionem ingenio res novas molienti fingunt.

*Núm. 40.* Totum hoc argumentum summa cum doctrina et laude pertractavit noster Cevallos. (*Disertione 6 art. 2 y 3. tomo 5.*) In qua hæc accurate Ciceronis expenduntur verba: “ Idcirco finis dicitur consentaneæ secundum naturam vivere, » secundum suam ac universam naturam, nihil eorum faci- » ciendo, quæ à communi lege prohibentur, quæ est recta » ratio in omnes perveniens. Eademque in Jove hoc Principi- » pe gubernationis omnium, quæ sunt.” *Cicer. de fin. lib. 1*



Núm. 41. *Math. 22. Luc. 10.*

Núm. 42. Proprius huic Evangelii veritati Rousseavus homo Religioni infensissimus, acie tamen ingenii præditus accedere mihi visus est. Hæc ait, filium suum erudiens atque instituens. (*Pag. 241, lib. 4, Emil*). «Mons fils, tenez votre âme en état de désirer toujours qu'il y ait un Dieu, et vous n'en douterez jamais, songez que les vrais devoirs de la Religion sont independans des institutions des hommes; qu'un cœur juste est le vrai temple de la Divinité; qu'en tout pays et dans toute secte, aimer Dieu par-dessus tout et son prochain comme soi-même, est le sommaire de la loi.»

Eadem perspicuitate christianam morum disciplinam mente assecutus est. «Pourquoi l'on veut attribuer aux progrès de la Philosophie la belle morale de nos livres? Cette morale tirée de l'Évangile étoit chrétienne avant d'être philosophique. L'Évangile est quant à la morale le seul livre toujours sûr, toujours vrai, toujours unique, toujours semblable à lui même.» (*3.<sup>me</sup> lett. de la Montag.*)

Ne operam in his Pseudophilosophorum dictis recensendis male consumere alicui videamur, hoc eruditissimi hominis ipsorum artes apprime callentis effatum memoria comprehendamus. «Rien ne ramène plus à la vérité,» ait La Harpe, que les travers et les ridicules de ses ennemis, l'on pourra désormais montrer à la jeunesse bien des philosophes, comme les Spartiates montroient à leurs enfans l'ivresse des Illotes pour leur inspirer la tempérance.» (*Cours de litt. tom. 15, pag. 275*).

Núm. 43. *Puffendorf. p. 2. de offic. hom. et civis præfat. et lib. 2. cap. 3. de jur. nat. et gent.* Hanc dicendi rationem exagitat atque contemnit Leibnitijs acerrimo ingenio vir *epist. ad*

*Gerb. Wolth. Molan volum. 2. epist. ad diversos.* "Verum  
 »enimvero, licet tam verum esset, quam falsum est im-  
 »mortalitatis animæ plenam demonstrationem à naturali  
 »ratione non suppeditari: sufficeret tamen.... Neque aut  
 »consensus omnium pene gentium, aut desiderium immor-  
 »talitatis sperni possunt, sed firmum argumentum, et ob-  
 »vium omnibus (ut cætera non præteream subtiliora) præ-  
 »bet ipsa divini Numinis agnitio. Neque enim dubitari po-  
 »test rectorem universi sapientissimum, eumdemque poten-  
 »tissimum bonis præmia, malis pœnas destinasse, exequi  
 »destinata in futura vita quando in hac præsentī pleraque  
 »impunita impensataque transmitti constat."

*Núm. 44. Wolffius, part. 1, cap. 2, jur. natur. et gent.*

*Núm. 45. Præfat. Elem. jur. nat. et gent.* Cum tanti ad Dei  
 »obsequium, et Reipublicæ salutem intersit, pueros sana  
 »doctrina et optimis moribus informari, propositum eorum  
 »qui anno 1822 Hispaniæ juventuti ad perdiscendam juris  
 »naturæ et morum disciplinam, institutiones Heineccianas  
 »castigationis primæ Matritensis expertes exhibuerunt, nullo  
 »modo probare potuimus.

»Quis enim teneat se, cum videat juvenes honeste ge-  
 »nitos, et à pueritia religiose educatos disciplina Heinec-  
 »ciana, quæ cupiditatibus valdè arridet, diu multumque fuis-  
 »se imbutos?

*Núm. 46.* Non solum Thomassium verum etiam Heineccium  
 »et Barbeirac promerita castigatione afficit prælaudatus Vin-  
 »centius Valcarce, cujus memoria vigebit, quamdiu sapientiæ  
 »sue monumenta stabunt, quibus eximia consignata sunt  
 »excelsæ suæ laudis testimonia (*Valcarce, Desengaños fi-  
 »losóficos, tom. 3.º, part. 3, 4, 5. Discurso de Heineccio  
 »sobre la misma materia*).

*Núm. 47. Puffendorf. De jur. natur. et gent. lib. 2, cap. 3, par. 15.*

*Núm. 48. Ab his recentiorum Galliarum scriptoribus doctrinam Puffendorfsianam varia ratione conditam profitentibus illius operis Gallica lingua inscripti *Le Conseroateur* auctores scientia et eruditione conspicui triumphos reportarunt præclaros. Adeundus præsertim tom. 1. et tom. 2.*

*Núm. 49. Nec ex memoria elabi nos Hispani facile patimur ea, quæ nostræ et civili et sacræ disciplinæ obscuritatem et jacturam, annis præsertim 1822 et 1823 nuper præteritis, magnopere attulerunt. Homines enim novis rebus studentes, quo tempore Typographorum officinæ in immensum exundabant, nullum suum officium duxerunt, nisi ut in rerum nostrarum eversionem, et Societatis, et Religionis detrimentum inelaboratos et inconditos opusculos doctrina Puffendorfsiana refertos excuderent.*

Quot hæc Typographiæ impunita libertas universæ Hesperis saluti et incolumitati mala importaverit, licet homines plurimum eloquentia valentes dilucide evolvere sibi vindicaverint, manum tamen extremam nullo modo huic muneri impossuisse ultro ac non sine mœrore fatentur.

*Núm. 50. Nihil Tullio, hoc Curionis erratum referenti, antiquius fuit, nihilque crebrius ab ipso libris præsertim de officiis est usurpatum, quam, posthabita utilitate, justitiam et honestatem in summi boni sede ponere.*

Expendendum est integrum de officiis caput vicissimum secundum, lib. 3. ubi multis laudibus ornare sibi suscipit factum egregium C. Fabricii in bello à Pyrrho contra Pop. Roman. illato, et etiam adeundum caput undecimum, quo Aristidem virtutibus præditum, septentiam Themistoclis,

qui classem Lacedæmoniorum incendio subjiendam arbitrabatur, explodentem sic laudibus prosequitur: "quod Aristides cum audisset, in concionem magna expectatione venit: dixitque, perutile esse consilium, quod Themistocles afferret; sed minime honestum."

*Núm. 51.* Hæc habet Leibnitijs, vir acumine ingenii præditus, et numero cæteroquin Protestantium. "Sed, inquit, cum in internis quoque jus et obligationem, peccataque in Deum, et rectas actiones natura constitui nemo negare possit: tibi, quæso, tractabuntur hæc naturalis utique juris, justitiæque capita, nisi in scientia juris naturalis? Nisi quis aliam quamdam universalem jurisprudentiam confingat, quæ jus naturale respectu non hominis tantum, sed et Dei comprehendat: quod inane fore et superfluum, nemo non videt." (*Epist. 50. Cens. ad Puffend. parag. 11.*)

Mihi, Leibnitianas lucubrationes Metaphysicam præsertim illustrantes, animo pervolventi, illiusque integros locos in his notis bis in medium attulisse memoria repetenti, verba, quibus doctissimus La Mennais istius hominis definitionem de re Philosophica benemeriti, gregi tamen Protestantium adscripti, adhibuit, in mentem non incidere non potuerunt. Sic de Leibnitii vigiliis affatus est La Mennais. "Chose remarquable! ce qu'il y a de bon, de vrai dans leur Philosophie, est toujours ou un dogme de Religion, ou une conséquence de quelqu'un de ses dogmes. Dès qu'ils sortent de sa doctrine, ils s'égarant; et même la cause de toutes leurs erreurs, le vice fondamental de leurs systèmes, vient de ce qu'ils se sont fait pour arriver à la vérité et pour y conduire les hommes, une méthode entièrement différente de la méthode chrétienne, et des lors opposée à la nature." (*Défense de l'Essai sur*

*l'indifférence en matière de Religion. Edit. à Paris 1821.*  
 c. 5.º Leibnitz, pág. 57.)

Núm. 52. Non multum temporis, ut res nostra ad exitum veniret, supererat, cum opusculum vernacula lingua inscriptum, *Origen de los errores revolucionarios de Europa y su remedio*, cognitum habuimus. Mihi vel cursim hoc opusculum, *Valentice an. 1827 editum*, cogitatione evolventi, ipsius auctorem argumentum toto pectore amplecti, visum est. Vir enim ad excogitandum acutus recentiorum Hispanorum Sophismata diversis modis contorta ad doctrinam Puffendorffii fovendam copiose et valide discurrere sibi suscipit. Non deerunt fortasse, quos illa jejuna, qua usus est, disserendi ratio, homini Philosopho omnino congrua, tædio afficiat; caveant tamen isti ab hac Tullii accurata responsione: "Tu quoniam minime ignoras consuetudinem dicendi meam, noli aculeos orationis meæ, qui reconditi sunt abstrusos arbitrari." (*Cicer. pro Sylla Cornelio*). Ne ergo actum agere videamur, verbis recentioris politici Galliarum, hispanos ab hoc errore avertere conati sumus, "le devoir toujours le meme fait participer les gouvernemens, qu'il soutient, à la permanence de son principe, l'interet variable et divers ne peut être que le base mouvante d'un edifice de quelques jours." (*Le Conser. tom. 1, pág. 170*).

Núm. 53. Equidem nescio quis error quæve miserabilis veri ignorantia eos teneat, qui sectarum tolerantiam societati civili jam veram fidem profitenti afferre maximam perturbationem inficiantur. Cum enim homines ita sint natura comparati, ut non modo stultitiæ laqueis devinciantur, verum etiam cupiditatum fluctibus agitati etiam facile in disputationes mentis, in dissidia cordis, et in lites domesticas

ferantur, necesse est ut societas unius ejusdemque fidei ex-  
pers, quatenus sectarum tolerantia viget, una eademque  
animorum concordia sit privata.

¶ Sed quodnam est incommodum, ajunt, hi tolerantiae acer-  
rimi vindices veram Ecclesiam à cæteris sectis confessione  
sejunctam cum his civiliter uniri? ¶ Quare hac via, sub-  
jungunt, Ecclesia Catholica sectas inter et ipsam, optatam  
jam dudum pacem inire non indulget?

¶ Oh vim maximam erroris! ¶ Oh demens atque fanatica  
hominum caterva! In maximo errore vos versari animad-  
verto, cum hoc compositionis genus, quod sectarum om-  
nium ingenio favet, ipsarumque naturam decet, veræ Ec-  
clesiæ institutioni ac naturæ neutiquam repugnare arbitra-  
mini. Ante oculos mentis hoc statuere debetis.

Cum Catholica Religio in eadem, quam ab initio sus-  
cepit, veri sententiâ, atque doctrinâ maneat, non humanæ  
potestati assentetur, non cupiditati indulgeat, non scenæ  
serviat, non temporibus obsequatur, hoc compositionis ge-  
nus retundit, rejicit, atque depellit. ¶ Quidni vestram ope-  
ram, studium, et industriam eo, quo vestra cupiditas, non  
vero societatis bonum ac tranquillitas fertur, convertitis?  
Iterum hoc sub aspectum mentis subjicite.

Cum homines à vero Ecclesiæ sensu alieni, tanta sint  
in varietate ac dissensione sententiarum constituti, nullus  
dubito fore, quod si sectæ omnes indiscriminatim iisdem  
civilibus juribus fruerentur, viam amplam atque munitam  
gravissimis jurgiis, dissidiis unitatem Reipublicæ discerpen-  
tibus sternerent.

Sentio me esse longius provectum, quam proposita nota-  
rum ratio postularet. Sed in re Societatis et Religionis gra-  
vissima conferre me in pauca non potui. Hæc tamen omnia

rationis perspicuitate, et sermonis elegancia exhaurire sibi  
 suscipiunt *La Mennais nouveaux Melanges, Discours sur le to-*  
*lerance pag. 359. = Mr. de Bonald, Spectateur français au*  
*19. siecle, tom. 4. parag. 69. 71. Sur la tolerance des opi-*  
*nions opus etiam Gallice inscriptum Religion de ce siecle, art.*  
*tolerance. Et præsertim noster Valcarce Disert. capitul. 5.º*  
*6.º 7.º De la intolerancia civil, ó de la facultad y derecho*  
*del Principe temporal para castigar á los que en sus domi-*  
*nios intentan introducir novedades en materias de Religion.*

*Núm. 54.* Istius rei vera et accurata ratio ab universa Hesperia  
 diuturni belli periculis obnoxia est reddenda. Jura  
 enim sua contra Bonaparte vindicans, occasionem ipsum  
 tanquam violatorem juris gentium reprehendendum, non  
 suppeditare non potuit. Missos omnino facio alios recentio-  
 res Europæ eventus (historiam enim hanc usque ad extre-  
 mum persequi non juvat) quibus in aliorum fortunas im-  
 petum facere, vel in jura aliena vexillum proponere, ho-  
 mines doctrina Puffendoriana imbuti fuerunt conati.

*Núm. 55.* Præclare ac egregie Bossuetius de hac duarum po-  
 non testatum concordia disserit, *Sermon sur l'unité de l'Eglise:*  
 cujus verba ad moderatores Ecclesiæ et civilis societatis  
 spectantia sensu et gravitate plena sunt. "Ministres de  
 l'Eglise, inquit, Ministres des Rois, et Ministres du Roi  
 des Rois, les uns et les autres, quoique établis d'une  
 maniere différente ¡ah! ¿pourquoi vous divisez vous?  
 L'ordre de Dieu est-il opposé à l'ordre de Dieu? ¿Et  
 pourquoi ne songez vous pas que vos fonctions sont unies;  
 que servir Dieu est servir l'Etat; que servir l'Etat est  
 servir Dieu?"

*Núm. 56.* Rem perspicuam facere sibi statuunt Joannes René  
 Episcopus Boloniensis, et etiam Episcopi de Langres et de

Soisons, dum auctoritas Ecclesiæ maximo in odio atque invidia apud sceleratos Galliarum erat. Mentis sunt volvendæ  
*Lettres de Monseign. l'Evêque de Rennes à Monsieur le Procureur General Syndic du departement d'Isle, et Vilaine, et de Monseign. l'Evêque de Langres à Messieurs les Administrateurs du departement de la Haute Marne, tom. 7 et 8, non laudatæ collect.*



Núm. 57. Puffendorf. de origine juris cap. 5. paragr. 25. Adeundus Vincentius Valcarce, qui contra Puffendorf. multis hoc argumentum prosequitur.

Núm. 58. Auctor syst. nat. p. 1. cap. 14. Puffend. de jure nat. et gent. l. 2. cap. 4. paragr. 19. Montesquivius lib. 14. cap. 12. istorum et aliorum recentioris ætatis deliramenta solide graviterque refutata manent ab eruditissimo La Menais. *Discours sur le suicide nouveau, à Paris 1826. Melanges.*

Pro nobis, in oblectationes, quæ infectæ naturæ valde arriident, invehentibus vir egregius in rebus civilis politicæ multum et multa cum laude versatus suffragium tulit. Chateaubriand (*Discours de la Morale des intérêts et de celle des devoirs*). "Ce n'est pas en favorisant les passions, » mais en les combattant, que tous les législateurs ont » cherché à donner force aux empires." Quod quidem multa eruditionis copia ex Romanorum præsertim moribus deprompta confirmat.

In quanta flagitia et gravia errata insana hæc philosophia impellat homines, qui sanguine proprio suis manibus educto volutantur, vel ex hoc ab egregio et laudato auctore ex iniquitate temporum collecto argumento conjecturam ducimus. "La France ne le sait que trop, l'on y a » vu des forfaits inconnus jusqu'à nos jours, le suicide de



«l'enfance; on a vu des Catons de quinze ans briser la  
vie comme un mauvais jouet, après avoir par testament,  
légué leur ame aux mânes de Voltaire de J. J. Rous-  
seau.»

Vos vero, Hispani Juvenes, in has inanes, absurdasque  
opinionones hactenus à nobis profligatas, quas nimia agendi  
licentia præposteraque philosophandi ratio instillare non  
cessat, delabi neutiquam patiamini.



1021018

